

fecerunt venire presentiam, qui ita assimilabatur in facie Theodorico, quod aliquis unum ab alio minime cognoscere poterat. Ipsum quoque omnino¹ inducentes et ortantes ex parte Theodorici eorum² regis et comunis³ civitatis eorum, rogantes et ammonentes⁴, ut ad expeditionem pergere⁵ deberet, bellum quidem, quod Theodoricus rex cum Alboin⁶ rege facere debebat, pro eo fortunam ipsius belli temptare deberet, dicendo Alboin⁷ in ipso bello⁸ non⁹ esse processurum. Qui seductus verbis et ingeniis atque adulationibus eorum omnia que vellent et illud bellum⁹ esse temptaturum eis promisit. Quem subdiaconem alteratum¹⁰ calide et privatim in castris adduxerunt et

*f. 45^d. in ipsis castris secrete prout potuerunt usque *ad terminum belli tenuerunt. Termino vero statuto veniente¹¹ idem subdiaconus regalibus indumentis et armis bellicis ipsius regis armatus, ita quod ab aliquo expeditionis minime cognoscebatur, in campo existente, regem quoque Verone expectante¹². Alboin autem egregiis¹³ armis decoratus contra ipsum subdiaconem appropinquans¹⁴, credens indubitanter Theodoricum regem fore. Videns autem dictus subdiaconus Alboin¹⁵ ab incepto desistere nolentem¹⁶, sed magis magisque bellum incipere cupientem¹⁷, valde timuit ac perteritus¹⁸ fuit, credebat enim ipsum² Alboin¹⁵ ab¹⁹ ipso prelio desistere debere, sicut per viros Ticinensis civitatis intellexerat. Et dum sic timidus etavidus staret, Alboin¹⁵ rex versus eum cum equo carcarius²⁰ acriter tacto violenter² currere²¹ cepit et subdiaconem lancea librata graviter percussit et vulneravit, ipsum etiam de equo deiecit²² et super eum impetum faciens per lorica cepit et detinuit. Clamore autem magno ab omnibus sui exercitus facto dictum subdiaconem, quem²³ regem Theodoricum esse credebant, magna cum letitia²⁴ et nimio triumpho ad castra duxerunt. Ticinensis civitatis concives et omnes qui in eorum castris aderant, scito et ab eis cognito, et viso Theodorico rege eorum, super eo quod² acciderat ceperunt deridere²⁵ et derisum²⁶ de rege Alboin facere. Cum autem ille subdiaconus²⁷ sub papilione regis Alboin staret, lorica de eius capite

*f. 46^a. extracta, *percipientes signum Domini in capite habere et ad ordinem subdiaconatus accessisse, Alboin rex valde turbatus, furore magno commotus pariterque repletus, dictum subdiacono-

1) 'omnimode ind. ort. et ex' E. 2) Fehlt E. 3) 'omnis' Hs. 4) 'amonentes' E. 5) 'expeditionem pergeret deb.' E. 6) 'Alboino' E. 7) 'prelio' E. 8) Fehlt Hs. 9) 'que illud vellent esse t.' E. 10) Das heisst 'verkleidet'. 11) 'venire' E. 12) 'expectantem' Hs. 13) 'egregiis' E. 14) 'aprop.' E. 15) 'Alboini' E. 16) 'nolens' Hs. 17) 'cupiens' Hs. 18) 'perterritus' E. immer. 19) 'in' E. 20) 'calcaribus' E., aber die Pariser Hs. hat regelmässig 'carcar.' 21) 'currere' E. 22) 'eiecit' E. 23) 'que' E. 24) 'leticia' E. immer 25) 'deridere' E. 26) 'Alboin' hier irrig zugesetzt E. 27) 'subdiaconus' E.